N. 1725.

CURRENDA XIV.

A. D. 1861.

N. praes. 92.

Ad decennium facultas papalis, concedendi potestatem Conventibus per P. T. Episcopos resp. alienandi, onerandi vel locandi bona, sub certis conditionibus.... tribuitur.

Mediantibus Eminentissimi Nuntii Viennae Apostolici Litteris de 31. Maji a. c. N. 2249. appulit ad Nos Authenticum Brevis Apostolici de 16. April. a. c. exemplar intuitu facultatis P. T. Episcopatui in terris Austriacis etc. a SS. Papa Pio IX ad decursum 10. annorum elargitæ, Conventibus concedendi potestatem, alienandi, onerandi aut locandi bona sub quibusdam conditionibus, cujus tenorem pro rei notitia et dando nefors respectivis consilio in subsequo juxta integram extensionem imprimendum curamus. E Præsidio Epp. Tarnoviæ 13. Junii 1861.

PIUS PP. IX.

„Ad futuram rei memoriam. Per alias Nostras in simili forma Brevis Litteras datas die III. Aprilis Anni proxime praeteriti MDCCCLX. Apostolico Nuntio, nec non Archiepiscopis, atque Episcopis, et Præsulibus Nullius, ut vocant, Diœcesis in universa Imperatoris Austriæ ditione existentibus, exceptis iis, qui in Provinciis Italicis ejusdem ditioni subjectis consistunt, nec non Episcopo Wratislaviensi pro parte ipsius Diœcesis, quae in Austriaco Imperio continetur, peculiares ad præfinitum temporis spatium facultates sumus elargiti pro concedenda sub certis conditionibus bonorum ecclesiasticorum alienatione, vel onerum impositione super iisdem bonis juxta Articulum XXX. Conventionis, quam de ecclesiasticis negotiis cum Carissimo in Christo Filio Nostro Francisco Josepho Austriæ Imperatore et Bohemiae atquae Hungariæ Rege Apostolico inivimus. Quoniam vero in memoratis Nostris Litteris nihil de bonis Regularium decernendum existimavimus, modo in id consilii venimus, ut pro concedenda etiam potestate alienandi bona Regularium, vel onera iisdem imponendi peculiares Austriaci Imperii Antistitibus per Apostolicum apud Imperialem Aulam Nuntium, vel ejus vices pro tempore gerentem facultates impertiamur. Quapropter motu proprio, certa scientia, ac matura deliberatione Nostra Apostolicæ Sedis Nuntio apud Serenissimum Austriae Imperatorem pro tempore existenti, vel ei, qui ejusdem Nuntii vices pro tempore gerat, nec non Archiepiscopis, atque Episcopis, et Praesulibus, ut vocant, nullius Dioecesis in universa memorati Imperatoris Austriae ditione existentibus, iis tamen exclusis, qui in Provinciis Italiæ consistunt, nec non Episcopo Wratislaviensi pro parte ejusdem Diœcesis, quæ in Imperio Austriaco comprehenditur, potestatem facimus ad decennium tantum a datis hisce Litteris computandum

concedendi in sua quisque Dioecesi facultates sequentibus Articulis comprehensas. I. Alienandi bona Regularium Ordinum usque ad Summam florenorum octomillium monetae Austriacae, sive stabilia ea bona sint, sive in publicis nominibus consistant, adjecta tamen conditione, ut pretium ex alienatione perceptum in aliorum bonorum stabilium, seu Censuum acquisitionem convertatur, iisque deficientibus pretium ipsum alia ratione fructuose, ac secure collocetur, exclusa qualibet negotiatione per Sacros Canones ecclesiasticis viris interdicta. II. Imponendi bonis Regularium onera, quae non excedant summam florenorum duodecim millium rationem tamen, ac terminum præfiniendo, quo aes alienum dissolvatur. Quod si necessariæ instaurationes, ac melioramenta in aliquo Regularium fundo occurrant, neque aes alienum contrahi possit, et nonnisi per alicujus boni ad eosdem Regulares pertinentis venditionem necessitati provideri queat, hoc in casu concedendi facultatem venditionem perficiendi cum conditione, ut si ex pretio percepto pars aliqua superfuerit, eadem fructuose collocetur rationibus superius expositis. Quod si vendenda bona sint, vel onera iisdem imponenda, quae pretium excedant superius definitum, eo in casu Regulares suas deferre preces debebunt vel directe ad Sanctam Sedem, vel ad Nuntium Apostolicum, cui proinde facultatem facimus petitam veniam concedendi, si hoc in Domino expedire judicaverit. III. Firmis manentibus ordinariis facultatibus causarum piarum pro ineundis locationibus et conductionibus ad triennium concedendi facultatem locationes ipsas et conductiones ineundi ad quindecim annos, servatis in reliquis canonicis præscriptionibus. Ad vitandos autem abusus nonnullos et obsecundandum aliqua ratione consuetudini, quæ in Austriaco Imperio invaluit, ut bonorum ecclesiasticorum possessores a respectivis Conductoribus reditus, seu praestationes accipiant, facultatem concedendi reditus ipsos seu praestationes percipiendi in antecessum ita tamen, ut illae quoad fundos urbanos non excedant summam, quae in semestri spatio a Conductore persolvenda sit, quod vero spectat ad bona rustica, dummodo summam non prætergrediatur, quae a Conductore per anni spatium persolvatur. IV. In casibus urgentis necessitatis, atque utilitatis religiosae familiae, in quibus ad alienationem, seu onerum impositionem sine mora deveniendum sit facultatem largiendi absque praefinitæ pecuniae summa alienationem perficiendi, vel aes alienum contrahendi, ea tamen adjecta conditione, ut in posterum ea de re ad Nuntium Apostolicum, sive directe ad Sanctam Sedem singillatim accurateque referetur. Porro in omnibus et singulis casibus integram semper esse volumus facultatem postulationes ad Apostolicam Sedem directe deferendi.

Volumus praeterea, ut in singulis hujusmodi concessionum casibus sive ab Apostolico Nuntio, sive ab Antistitibus Dioecesanis Superior localis, et respectivum Capitulum religiosæ familiae audiatur, utque canonicæ præscriptiones accurate serventur, ac praesertim Constitutio fel. me. Pauli II. Praedecessoris Nostri, quae incipit „Cum in omnibus“ edita die XI. Maji MCDLXV. ac proinde in omnibus, et singulis facultatibus, seu concessionibus volumus, ac mandamus, ut pateat, ac probata sit religiosae familiae necessitas, vel utilitas, eumque in finem in singulis etiam casibus nedum Superioris localis et respectivi Capituli consilium, ut supradictum est, audiatur, verum etiam honesti nominis et probati judicii viri antea consulantur. Jubemus denique, ut in omnibus, et singulis actis venditionis, sive alienationis, et onerum impositionis, atque etiam locationis ad annos quindecim mentio expresse fiat facultatis ab Apo-

stolica Sede concessæ. Hæc volumus, jubemus, mandamus, non obstantibus fel. rec. Pauli II. Prædecessoris Nostri, aliorumque Prædecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus speciali licet memoria dignis in contrararium facientibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XVI Aprilis MDCCCLXI., Pontificatus Nostri anno Decimo quinto."

N. 1680.

Nonnula de forma Petitorum, Relationum, Rubrorum &c. resuscitantur.

In Cur. XIII. a. e. sub N. 2231. peramanter obstrinximus Ven. Clerum, quatenus a) in Petitis ac Relationibus ad Nos expediendis, quae aut ulterius, ad Instantias alias, promovenda; aut quae *indersative* resolvenda supponuntur, Rubrum adscriberet non *mancum*, sed *completum*, quod inter alia citet quoque *datum parochiale et Nrum*, *item Nrum Cons.* si praecesserit Provocatio, et dein *synopsin* succinctam; et nihilominus Ordinatio hæc, alias saepe inculcata, a pluribus negligitur. Exinde collorarium sequitur, Petitum tale aut Relationem involucro (koperta) inscriptione adæquata proviso esse includendum et stilisandum.

b) Quando praevidetur, Petitum aut Relationem, Declarationem, Opinionem... ad C. R. Instantias expeditum iri abhinc, tunc eas in linqua *germanica* aut *polonica*, ob penitiorem captum, exararet nec non ad Petitum &c. taliter adornatum adjiceret aliam adhuc philuram rubro quoque instructam, in qua petatur promotio ad altiorem Instantiam... et cui abhinc Informatio adscriberetur pro Supplicante de subsecuta aliorsum expeditione Petiti... fusioris.

c) Non per *extensum*, sed *fracta pagina*, tenorem ejus adscriberet, ac ita pro Consistorio pars interior *sinistra* relinqueretur *vacua*, pro apponenda Concomitatione Consistoriali &c. &c. verum etiam haec puncta e nonnullorum memoria dilapsa esse censentur.

Hæc 3. puncta denuo in memoriam revocantes, spem de accuratissima eorum in posterum executione fovemus. Tarnoviæ 21. Junii 1861.

N. 1236.

Consignatio rerum pro Ecclesia in Spytkowice ad Jordanów comparatorum &c.

I. Solus Parochus A. R. Sev. *Kałuski*, a) Præter reparationes Suppelectilis Ecclesiæ infrascriptas Portatile novum, nec non Imaginem magnam antiquam de Anno 1600 proprio sumptu, circa 40 fl. C. M. procuravit. b) Figuram D. N. J. Christi, magnam proprio sumptu ad viam stratam publicam, in limite agri Parochialis, pretio circa 12 fl. C. M. posuit. c) In reparationes domus plebanalis ædificiorumq. œconomicorum ab A. 1852 usq. hodiedum 100 fl. C. M. expendit.

II. Idem V. Parochus cum Parochianis. 1) Cupiens accelerare reparationem tecti Ecclesiæ, ac ejusdem Sepimentorum (parkany) 25 fl. C. M. contribuit. 2) Tria Instrumenta musica (Trąby) valoris circa 25 fl. C. M. procuravit. 3) Pluviale novum albi coloris, et Bursam ad deportandum ad ægrotos Sanctissimum pretio 70 fl. C. M. inter quos 40 fl. e marsupio prælaudati Parochi. 4) 12 Candellabra lignea pretio 8 fl. C. M. 5) Imaginem magnam

novam *Depositionem de Cruce D. N. J. Christi* exhibentem pretio circa 50 fl. Austriacæ Valutæ die 28. Decembris 1860. 6) Imaginem D. N. J. C. in sepulcro recumbentis 16 fl.

III. *Benefactores Ecclesiæ.* 1) *Adalbertus Jaromin* 7. ulnas materiæ sericecæ valoris 2 fl. C. M. obtulit. 2) *Joannes Rzeszotko* Velum ad obtegendum Sanctissimum (Szal) valoris 14 fl. C. M. et ornamenta altarium (bukiety) pretio 2 fl. C. M. 3) *Adalbertus Niedźwiedź* ornamenta altarium (bukiety) et Imaginem parvam D. N. J. Christi pretio 3 fl. C. M. 4) *Josephus Bednarczyk* cum conjuge sua *Catharina* ornamenta Altarium, parvas imagines, linteamina, vela pendentia (Obrusy i Firanki) humeralia, velum ad obtegendam Pixidem (Sukienkę na Puszkę) pretio circa 26 fl. C. M. 5) *Laurentius Mozdzeń* cum utore sua *Teresia* vela pendentia (firanki) ad Altare majus valoris circa 12 fl. C. M. 6) *Valentinus Pietrzak*, cum consorte sua *Marianna* linteamen (Obrus) valoris 6 fl. C. M. 7) *Simon Brandys*, cum uxore sua *Marianna* una cum *Stanislao Zając* et uxor ejusdem *Marianna* vela pendentia (firanki i obrus) cum linteamine ad Altare S. Annæ pretio 16 fl. C. M. 8) *Josephus Rzeszotko* aedituus una cum *Adalberto Kulka*, pro instrumentis musicis 11 fl. C. M. 9) *Stanislaus Zajączek* cum *Adalberto Jaros;* duo vexilla parva empta Częstochoviæ valoris 5 fl. C. M. 10) *Jacobus Brandys*, una cum *Anna Bednarczyk*, *Sophia Jackowiak* et *Sophia Brandys*, Canones tres, et ornamenta altarium (gierlandy i bukiety) Częstochoviæ empta pretio 5 fl. C. M. 11) Domina *Marianna Moskalska* globulos rubri coloris (koraliki drobno siekane) ad Altare majus valoris circa 12 fl. C. M. 12) *Adalbertus Zadło* pro deauratione Calicis 16 fl. V. A. 13) *Sebastianus Mach*, cum uxore sua *Marianna linteamen* (Obrus) valoris 2 fl. V. A. 14) *Adalbertus Rzeszotko* cum conjuge sua *Catharina* Ciborium et Tabernaculum ad Altare Majus B. V. Mariae Immaculatæ Conceptæ pretio ultra 220 fl. Austriacæ Valutæ.

Omnes hi, qui *dilexerant decorem domus Dei et locum habitationis gloriæ Ejus* acquirant desuper decorem interni templi Dei vivi.... et post mortem locum habitationis gloriæ divinæ in cœlis! E ses. 10. Maji 1861.

N. 1515 + 1516. + 1517. + 1518. + 1519. + 1520. + 1521. + 1522. + 1523. + 1524. 1577. 1585. 1684.

Ulterior collectionum piarum series texitur.

I. E Dec. *Dobczyc.* a) 3 fl. pro pagis Niagryn, Engelsberg, Marcynówka &c. videl. e *Łapanów* 2 fl. et e *Siepraw.* 1 fl. b) 7 fl. 30 kr. pro Trościaniec... nim. e *Zakliczyn* et *Raciechów* per 2 fl. &c. et e *Siepraw* et *Łapanów* per 1 fl. &c. e *Droginia* 50 xr. c) 3 fl. 30 c. pro Zimnawoda e *Siepraw* et *Łapanów* per 1 fl. &c. e *Gruszów* et *Droginia* per 50 c. &c. d) 2 fl. pro Infantia Jesu. e *Łapanów* et *Tarnawa* per 1 fl. qua supplementum ad 38 fl. 20 c. prius immissos. e) 3 fl. pro Maronitis e Łapanów — ad anteriores 30 fl. f) 18 fl. pro schola agronomica in Czernichów; utpote e *Droginia* et *Tarnawa* per 1 fl. e *Siepraw*, *Gruszów*, *Trzemeśnia*, *Dziekanowice*, *Raciechowice*, per 2 fl. &c. e Łapanów 5 fl. g) 3 fl. 70 c. pro Consot. S. Bonifacii e *Trzemeśnia*, *Siepraw*, *Ła-*

panów, per 1 fl. &c.— e *Droginia* 60 c. h) 60 fl. 40 c. pro Miss. in Africa, videl. e *Łapanów*, *Zakliczyn*, *Trzemeśnia* et *Siepraw* per 1 fl. et ultra, e *Dobczyce* 30 c. e *Trzemeśnia* 60 c. e *Droginia* 70 c. i) 6 fl. 40 c. pro Miss. in America, nim. e *Dobczyce* 30 c. e *Tarnawa* 60 c. e *Droginia* 70 c. e *Siepraw*, *Trzemeśnia* et *Zakliczyn* per 1 fl. et ultra — k) 10 fl. pro Oriente et Terra s. e *Dobczyce* 40 c. e *Tarnawa* 80 c. e *Siepraw* et *Zakliczyn* per 1 fl. &c. e *Łapanów* et *Trzemeśnia* per 2 fl. &c. II. E Dec. *Oświęcim*. 99 fl. pro Missionibus, et quidem in America 24 fl. in Africa 21 fl. in Oriente 30 fl. ad Sepulchrum Christi 24 fl. e sequentibus Parochiis: e *Bulowice* 2 fl. e *Grojec*, *Poręba*, *Witkowice* per 2 fl. &c. e *Czaniec*, *Osiek* et *Zator* per 4 fl. &c. e *Głębowice* 6 fl. 34 c. e *Piotrowice* 7 fl. 11½ c. e *Nidek* et *Włosienica* per 9 fl. &c. e *Bielany* et *Kenty* per 12 fl. &c. e *Polanka* 15 fl. III. E Parochia *Tarnov*. tam a Ven. Clero Cathedrali quam a populo fideli 220 fl. 80 c. pro Bulgaris. IV. E Parochia *Żywiec* 6 fl. videlicet 5 ab oppidaneo quodam ejate et 1 fl. a Ro Kulig Coop. Żywiec. pro iisdem.

Benedictio terrestris et coelestis veniat super omnes Benefactores antecedentes!

E ses. 27. Junii 1861.

N. 1345.

Gratiae aguntur pro 28 fl. 30 c. receptis pro schola agronom. in Czernichów.

Contestatio receptionis 28 fl. 30 c. a Coo hujate, in rem scholæ agronomicæ in Czernichów, in 4 Decanatibus collectorum, sub 12. Maji a. c. horsum Cracovia appulit, pro quibus grates rependuntur.

Restant adhuc 3 fl. 20 c. in eundem finem e Czchów expectantes collectionem ex aliis Decanatibus. E ses. 24. Maji 1861.

N. 1626.

Contestatio receptionis 250 fl. et 1 kr. in rem fundationis Leopoldinae etc.

Centralis Directio prælaudatæ fundationis ita ad Nos rescribit:

„N. 3254. Die Central-Direktion der Leopoldinen-Stiftung gibt sich die Ehre, einem Hochwürdigsten Bischöfl. Ordinariate den richtigen Empfang der mit schätzbarster Zuschrift vom 28. Mai 1861, Z. 1425 anher gemittelten Missionsbeiträge pr **zwei Hundert fünfzig Gulden 1 kr. ö. W.** mit dem verbindlichsten Danke zu bestätigen, und diese fromme Stiftung der ferneren wohlwollenden Unterstützung in der Erwägung angelegentlichst zu empfehlen, daß dadurch der fromme Zweck der Verbreitung der Christkatholischen Religion in den fernen Nordamerikanischen Staaten wesentlich gefördert, und das Gebeth der dortigen Frommen und Neubekehrten oder wenigstens der in ihrem heiligen Glauben gestärkten und befestigten Katholiken einen himmlischen, reichen Ersatz für die irdischen Gaben und Beiträge biethen werde.

Die Central-Direktion der Leopoldinen-Stiftung, Wien, am 5. Juni 1861."

L. K. 1013.
Uwagi nad Brewiarzem w szczególności
według Ambergera i t. p. — *Dalszy ciąg do Kur. XI. r. b.*

Tercyja.

Kapłan rozbudziwszy w **Prymie** myśli, uczucia i postanowienia śś. uznawszy swą nieudolność i nieustanną zawisłość od Stwórcy swego; poruczywszy Mu swe myśli, słowa, sprawy i losy swoje, ludu i kościoła na dzień cały, a potém oddawszy się rannem powołania swego zatrudnieniom na 3 godziny, znowu bierze do ręki Brewiarz, aby odmówić **Tercyją** zastósowaną do dalszego rozwoju życia kościelnego.

Najprzód podnosi ręce i serce ku Ojcu w Niebiesiech, odmawiając modlitwę *siedmiu prośb*, modlitwę Ojcu Niebieskiemu zaiste najmilszą, bo od Syna Jego pochodzącą; a powtarzając zaraz Pozdrowienie Archanioła Gabryela, Elżbiéty i prośbę kościoła wzywa orędowania Matki naszéj, zawsze łask pełnéj, zawsze błogosławionéj wraz z Synem swoim.

Ponieważ dłuższe ma odmawiać nabożeństwo, a nabożeństwo ku chwale Boga w Trójcy jedynego, żebrze pomocy z Niebios przy znaku krzyża ś. wołając: *Boże ku wspomożeniu weirzyj; Panie ku ratunkowi pospiesz....* i dodając: *Chwała Ojcu i Synowi* i t. d. Nakoniec przypominając sobie dzieło najwyższe (odkupienia) przez Jezusa przy żegnaniu się krzyżem ś. wynurza z powodu tego radość albo błogosławienie, dodatkiem według różności czasu, słów albo *Alleluja* albo *Laus Tibi Domine... Cześć Tobie Panie*, *Królu chwały wiecznéj.!*

Porwany tedy czcią i zagrzany miłością ku Bogu, Chrystusowi Panu, ku ludowi i kościołowi... duch jego wpada w zachwycenie, i nuci *hymn*; przechodzi do Antyfony i 3. oddziałów dalszych Psalmu 118. *) i odmawia Antyfonę całą **) potém do Rozdziałku, Responsoryjum i Wiérszu... a po *Dominus vobiscum* et *Oremus* zakończa godzinę tę modlitwą dniu odpowiednią; powtarza *Dominus vobiscum....* i dodaje *Benedicamus Domino.... Fidelium animae*, i *Pater noster* jesli nie w chórze odmawia, i Sekstę odkłada na późniéj.

Na ten sposób kończy się Seksta, Nona i Nieszpory, jeśli prywatnie się odmawia i nie łączy się z następującą godziną. Jeśliby się zaś Tercyja, Seksta, Nona, Nieszpory

---

*) Rubrycysta Hugo o psalmach Godzinek tak pisze: „Psalmi 3. protegunt nos in 3. horis sequentibus, nam quaelibet ex his 3. horis tres continet temporis horas... in Prima, Tertia, Sexta et Nona duodecim canimus Psalmos (in festis) pro numero 12. horarum diei, ut Deo præsentes simus omnibus horis.“ Dodaje tenże: „In *psalmis* opera denotari, quia Psalterium manu sonatur. In *Antiphona*, quæ est reciproca caritatem geminam et conjungitur Psalmis, quia sine caritate *nulla* sunt, et *nullius meriti* opera nostra; *Capitulum* autem esse exhortationem boni operis... *Responsorium breve* novum opus bonum significare; in *Versu*, ad Deum, fructum boni operis contineri et his positis *Oratio* seu *Collecta* in fine recte concludit Horam.“

**) O Rozdziałkach Godzinek Radulf Rubr. tak twierdzi: „Capitulum Tertiae in festis idem, ut plurimum, cum Capitulo Laudum et Vesperarum; ratio esse potest, quia Vesperae, Laudes et Tertia, sunt Horae nobiliores; ad Tertiam enim dicitur Missa de festo solemnis, et per Tertiam fit ad Missam aditus; quare Capitula Vesperarum ter dicuntur; Capitula Nonae bis: ad Absolutionem in Prima et ad Nonam. Capitula ad Sextam semel, quae sunt quasi meditullia Epistolarum Missae, sicuti Capitula Tertiae initia Epistolarum, et Capitula Nonae terminationes Epistolarum; sed tempore Adventus et Quadragesimae quaelibet Hora habet suum Capitulum pro toto tempore.“

w chórze razem odmawiały i gdyby się po każdéj z nich kończyła Hora i wychodziło z chóru, wtedy po każdéj do *Pater noster* dodać trzeba: *Dominus det Nobis suam pacem....* i jedną z Antyfon o Matce Boskiéj.

Taki wstęp, takie części mają **Tercyja, Seksta i Nona.**

Tę godzinę naszą (dziewiątą rano) poświęcili chrześcijanie nabożeństwu ku pamiątce zstąpienia Ducha św. na Apostołów w tę godzinę dnia Zielonych Świątek. Do tego stósuje się hymn téj godzinki: Nunc sancte nobis Spiritus.— Jak kościół przez swe Sakramenta piętno świętości na wszystkich zmysłach naszych wyciska, tak też wypisuje swoje święte tajemnice na każdéj części nabożeństwa, iż każda z nich przypomina je nam ku czci i uwielbieniu.

Na pamiątkę więc nowego Prawa, wypisanego płomienistemi głoskami na sercach Apostołów, śpiewają się tu Psalmy, które właśnie wystawiają słodycz i doskonałość tegoż Prawa łaski i miłości.... *Legem pone mihi Domine!....* O téj też godzinie przyjęło już stworzenie ze skutkiem ożywiający wpływ słońca i ozdobione jest młodzieńczą świéżością i rozwijającą się siłą żywotną. Podobnie ma teraz **(w Tercyi)** słońce duchownego życia dziennego nasze wnętrze przeniknąć i do młodzieńczo-świéżéj samodzielności ożywić. Siłą Ducha świętego rozjarzyć się ma ogień miłości bliźniego— i stale mamy postępywać na drodze Pańskiéj, na którąśmy Prymą wstąpili.

Tak jest w Officyum niedzielném **Tercyja** prośbą o łaskę, abyśmy wiernie i wytrwale, niezmordowanie i bez poglądu się wstecz — naprzód w prawie nowego żywota, które jest miłością, postępywali— według Capitulum: „Deus charitas est: et qui manet in charitate, in Deo manet et Deus in eo.“

W feryjach modlimy się: „Panie! któryś mnie oświécił i z snu mego (Noct. i Laudes) zbudził, któryś promień nowego życia w serce me wlal, iż z nadzieją i radością powstałem, abym wedle Twoich przykazań postępował, (Prima) prowadź mnie drogami Twemi *) abym cale został uleczonym i ratunek znalazł!“ — stósownie do Capitulum: „Sana me. Domine! et sanabor, salvum me fac et salvus ero, quoniam laus mea Tu es.“—

W dniu tajemnicy objecujemy Bogu szczególnie w Tercyi ochocze współdziałanie z łaską dnia, że na przyjęcie napływających promieni łask serca nasze széroko roztworzymy.

W dniu Swiętego jest Tercyja czasem jego wzmocnienia się w żywocie duchowym, jego wiernego działania według prawa woli Bożéj, — jasnego rozpalenia się Boską miłością; a z tym Świętym i my mamy w cnocie się ustalić a jego miłości ogień i nas rozpłomienić powinien. —

Tercyja odpowiada zatém Imu Nokt. i 2mu Ps. Wielbień z jego antyfoną, która w uroczystościach oraz Antyfoną jest Tercyi. Obraz, który Iszy Nokturn w zarysie skréśla, występuje w Tercyi już wyraźniéj, chociaż jeszcze nie dość dokładnie ku rozeznaniu.

W Prymie wyrażamy prośby o poznanie woli Bożéj i pragnienie żywota według niéj; a w Tercyi ukazuje się już stanowcze działanie podług prawa, jak to w. 33. 40. 44. 48. 57. Ps. 118. dostatecznie wykazuje: „Postaw mi zakon Panie! drogę sprawiedliwości

*) według Antyfony: „Deduc me Domine! in semitam mandatorum tuorum.“

twoich: a będę go szukał zawsze. Ożyw mię w sprawiedliwości Twojéj. I będę strzegł zakonu Twego zawdy. I podniósłem ręce swe ku mandatom Twoim, którem umiłował; i ćwiczyłem się w sprawiedliwościach Twoich. Cząstka moja, objecałem strzedz zakonu Twego.“

Rozdziałek (Capitulum) wskazuje znaczenia téj godziny praktyczne a łączy się z Responsoryjum breve, które w dni ŚŚ. zazwyczaj złożone jest z wiérszu I. Nokturnu. Przejście od Responsoryjum do Oracyi tworzy wiérszyk, który znowu w Oficyjum ŚŚ. jest wiérszem II. Nokturnu... co jest dowodem, że myśl I. Nokturnu w Tercyi nie tylko w życie przeszło, ale i w postępie zostaje.... We Feryje, których Laudes mają preces, Tercyja, Seksta i Nona przed modlitwą odprawia preces.

Według Gawanta pod V. r. 16. kapłan odmawiający modlitwę po „Oremus“ zastępuje miejsce samego Chrystusa, jak to osobliwie okazuje się ze słów Jego: „Dominus vobiscum“ dla tego *stojący* te i wszystkie oracyje inne.... mówi....

Tu jeszcze uwagę na jedną okoliczność zwracać należy, że wiérsz godziny IIIciéj przed Oracyją staje się Responsoryjum VItéj a VItéj znowu IXtéj a IXtéj stanowi wiérsz przed Magnificat, do Antyfony Nieszporów IIgich. Jest on wskazówką modlącemu, aby na końcu tych Godzin pogląd czynił na Godzinę następującą, na zadanie onéjże i swojéj tymczasowéj działalności; aby tymsposobem utrzymać ducha nieustannéj pobożności w modłach i czynach, n. p. przy IIIciéj Wyznawców wiérsz: „Os justi meditabitur sapientiam et lingua ejus loquetur judicium“ wskazuje jnż Responsoryjum breve VItéj, a wiérsz w VItéj „Lex Dei ejus in corde ipsius, et non supplantabuntur gressus ejus“ responsoryjum Nony wiérsz nakoniec IX staje się wiérszem przed Antyfoną do Mag. Nieszp. IIgich: „Justum deduxit Dominus per vias rectas et ostendit illi regnum Dei“

Otóż przy **Tercyji** ma kapłan powinność wskazaną na ten przedział czasu: aby zajmował się uzyskaniem mądrości i wyrokowaniem sądu zbawiennego w sprawie swojéj i bliźnich; w VI. posuwał się wyżéj, bo nie tylko serce jego zajęte taką sprawą szczytną ale i stoi w tém niewzruszony a w nieszporach widzi się już prawicą bożą przeprowadzonym szczęśliwie na drodze walki, i spogląda już na swe zdobyte wawrzyny... i na zgotowaną koronę w królestwie niebieskiém. *(D. c. n.)*

N. 1688.

Piis ad aram sufragiis commendatur

Anima p. m. A. Rmi Valentini Koskowicz Parochi in Cmolas, die 18. Junii a. c. repentina morte ad tremendum Judicium div. vocati. Intra breve temporis intervallum 3. Presbyteri morte repentina e vivis erepti noscuntur.... *vigilemus* itaque eo magis, juvenes et senes, quia *nescimus diem neque horam, qua Dominus noster venturus est.*

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae, die 27. Junii 1861.
PAULUS PIKULSKI, Cancellarius.

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviæ.